



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-852009-p0001-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-852009-p0002-8

DFG

DISPV TATIO ETHICA.

DE BEATITUDI  
NE PRACTICA EX LIBRO  
ETHICORUM NICOMACHIORUM  
potissimum primo desumpta.

25964.

*Quam*

COELESTI FAVENTE NUMINE  
Authoritate & consensu amplissimi Collegij Phi-  
losophici, in Illustrissimâ Argentoratensis  
Academiâ

SUB PRÆSIDIO

M. IACOBI SCHICKFUSI SVL  
BUSIENSIS SILESI.

*defendendam*

Priuati exercitij gratiâ ad disputandum proposuit

P E T R V S B O R K O V V S K I  
à Borkovvice, Nobilis Polonus.

Ad 21. Novembris diem Anni M. D. XCVI.

•S S•

¶

A R G E N T O R A T I

Typis Antoni Bertrami Academæ Typographi.

DIGITIZED BY  
DE BEATITUDI  
NE PRACTICA IN LIBRO  
BENEDICTI NICOMACHI  
PHILOSOPHICAE

Q

CENSU TAVAT NOMINE  
ANALOGICO CONVENTUS ALLEGORICO  
LOGICO INSTITUTUS ANALOGICO  
INVENTUS

MCMLXIV SCHICKASI SAN  
AUGUSTINUS SIEZET

PHYSICO

BUTI ETICRISTI QDIDAM LOGOLOGI

PETRAS BOTKOVSKY  
SLOGICO

ANNO 1727 M D CCLV

20

8

TYPIS ADOLOPI BEROLINI ACADEMIAE Typographicae

VIRO NOBILISSIMO ET  
AMPLISSIMO  
D. ANDREAE BOR-  
KOVVIO A BORKOVVICE,  
LUBLINENSIS TERRÆ  
NOTARIO.

Domino & parentis suo summisâ, quâ par est ob-  
servantiâ colendo. S. P.

**E**t hinc hanc disputationem amantissime Do-  
mine Parens, emittere uti debui, sic etiam volui  
sub scuto potissimum patrocinij, & tutelâ nomi-  
nis tui. Causam habui duplēcē: prior est amor tuus in  
me magnus; & meæ in te observantiæ humillimæ signifi-  
catio, quæ sanè exigua, & nullâ ex parte cum illo confe-  
renda. Causa altera beneficia; quæ crebra & ampla in  
me contulisti. Si enim sumtus tango, quos facis & suppe-  
ditas, magna sunt profecto: si vitam simplicem ac meram,  
quam mihi (Deum etiam non excipio) tribuis, maiora: si  
bonam tandem vitam, eximiâ educatione ornataam, ac  
quâ vis ut imbuar doctrinâ & sapientiâ instructâ, ma-  
xima. Et ex hac specimen mitto timidus, mitto intrepidus.  
Timidus, quod illud exspectationi tuæ vix satisfa-  
ciet, vix amori. Intrepidus, quod mens mihi in hoc studio-  
rum genere erecta, firma, & constans. Hanc verò exci-

tat tua voluntas, excitant admonitiones, immò preces.  
Accedunt præclarissima nostræ Gentis exempla; ex quâ  
quamplarimi hîc agunt magnâ cum laude, gloriâ & gra-  
tiâ morum & studiorum. In vitant Academæ hujus Pro-  
fessores clarissimi; quorum ad studia nostra promovenda  
animum expertissimus paratissimum & promptissimum.  
Urget tandem, & om̄ nē moveat lapidem, Dn. GREGO-  
RIUS CYGNÆUS, vir merito suo ornatissimus, pro-  
motor studiorum nostrorum vigilantissimus: quò ea à no-  
bis peragi possint omnibus; quæ tibi grata, nobis honori-  
fica patriæ essent salutaria. Sed quo labor? Unicum illud  
parens amantissime rogo, ut hanc disputationem tenuem  
de re haud tenui animâ adhuc suscipere hilari; meaq; tibi  
semper studia commendata habere velis. Ego maiorem  
posthac diligentiam forsan prioribus annis neglectam  
promitto, jam admitto, ignaviam alijs cōmitto, quâ cor-  
rumpuntur etiam ingeniosissimi: & sentio illud.

Fortuna fortis metu*n*, ignavos premit.  
Quod reliquum jam est, Deum quæso, conservet nobis,  
& Republicæ longum. In libera Alsatorum Argentina è  
meo anno m̄c̄xv. Calend. Decemb. Anni decurrentis  
nonagesimi sexti suprà millesimum quingentesimum.

T. F.

obsequentiſſ.

Petrus Borkovvski Re-  
spondens.

# DISPUTATIONIS ETHICAE DE BEATITUDINE PRACTICA.

## THESIS I.

**D**icitur Vlcerima Diogenis, videtur fuisse sententia; quâ animal nullum præstantius, nullum sapientius, nullū in terrâ vivere divinus prouinciat ipso homine. Cum enim solus ratione; a) solus oratione; b) solus memoria c) & cogitatione utatur homo; rectè sapientiam, & divinitatem homini adscribere possumus. d)

*Ex Laertio libro 6.*

a) Arist. lib. 7. polit. c. 3. b) lib. 5. de Gen. c 7. & lib. 1. politic. c. 2. & lib. 1. *τεοὶ ἐγμένοι* c. 2. c) libr. 1. de hist. anim. c. 1. d) lib. 10. Ethic. Nicomach. c. 7. & lib. 2. de partibus anim. cap. 10.

## II.

Id autem rectissimè tūm fiet: si homo animum suum ad res optimas adcommodaverit: si cum disciplinæ capax e) sit, eam amaverit: siq; in artibus & scientiis honestissimis ingenium suum exercuerit.

e) Cicero lib. 2. & 5. de finib. & lib. 1. de legib. Aristoteles etiam lib. 1. de hist. anim. c. 1.

## III.

Ad hæc facienda & perficienda, dūm in hoc homo peregrinatur mærorum pelago, Philosophia maximè scie obfert: quæ rerum divinarum & humanarum, causarumq; quibus hæ res continentur, est scientia.

Cic. libr. 2. de finib. f. 72. & libr. 4. Tuscul. quæst. f. 221. & ibid. f. 229. & lib. 1. offic. f. 31. & lib. 2. ibid f. 33.

## IV.

Cumq; hæc ex dupli rerum conditione; f) & ex dupli rationalis animi facultate, g) duplex, quasi sol geminus sit orta: dupli etiam modo ipsi homini ea consideranda est proposita.

A iij

f) Arist.

f) Arist. libr. 6. Ethic. Nicom. c. 3. & Zabarell. lib. 1. de naturâ Log. c. 2.  
g) Arist. libr. 2. Eudem. c. 1. & lib. 1. Magnorum M. c. 1. & c. 5. & libr. 1.  
Ethic. Nicom. c. 7. & ibid. c. 13.

V.

Vno enim quam proximè ipsi Deo consimilis redditur; quando θεωρητικῶν contemplativam sibi proponit Philosophiam. Altero humanas actiones cognoscere, & ex his optimas eligere & suscipere potest: unde περιττὴ recte etiam à veteribus est dicta.

Aristoteles libr. α. minore Metaph. c. 1. t. 3. & lib. 1. Ethic. Eudemior. c. 1.

VI.

Nobis igitur, qui philosophari jam incipimus, et jam placuit ipsa sapientiae penetralia recognoscere tam in contemplando, quam in agendo. Quia tamen Activa per se est præstantissima, ut & utilissima, ab hac Philosophiae parte auspiciabimur, & pedetentim ad occultos naturae recessus progrediemur, qui contemplatione nobis omnino sunt investigandi.

Arist. libr. 5. c. Metaph. c. 1. t. 1. & lib. n. 10. ibid. c. 6.

VII.

Præctica porro Philosophia cum tres suo ambitu complectatur partes, Moralem, Politicam, Oeconomiam: morali invigilare hinc potissimum libuit, præsertim cum haec non cognitionis causâ suscipiatur, sed ut boni efficiamur, bonumq; verum hac in vita consequamur.

Arist. libr. 1. Ethic. c. 3. & lib. 2. ibid. c. 2. & lib. 10. ibid. c. 9. & lib. 1. Magnorum M. c. 1. Arist. libr. α. minore Metaph. c. 1. t. 3. & lib. 7. Ethic. cap. 10. ait: οὐ τῷ εἰλέναι μόνον φρόνυμος, ἀλλὰ καὶ τῷ πρακτινός.

VIII.

Nec solùm aliquod bonum vulgare hinc nobis expectandum est; sed illud quod est hominis bonum præstantissimum pulcherrimum, & jucundissimum,

vix.

Aristot.

Aristot.libr.1.Ethic. Nic.c.9. & lib.1.M.Moralium.c.3. & libr.1.Ethic.  
Eudem.cap.1

IX.

In hoc quoniam cætera omnia h) concurrant; hu-  
jusque gratia omnes i) omnia agant; non malè fecisse  
nos putabimus, si de hoc bono in hac Philosophia initio-  
um sumserimus: postea etiam quid in virtutibus obser-  
vandum, in voluptate fugiendum, in amicitia adsumen-  
dum, perspexerimus. k)

h) Arist.lib.1.Ethic.Nic.c.1.& lib.7.Politic.c.1. i) Arist.lib.1.Rheto-  
ric.ad Theodect.c.6. k) Hæc quatuor doctrinae Ethicæ capita Aristote-  
les recenset lib.10.Ethic.c.6.& c.9.ibid.

X.

Quærendum itaque primò erit; an possimus etiam  
aliquem hac in vita sequi & adsequi finē; an verò omnia  
in infinitum progrediantur? Hic antequam respondeas  
hoc notandum esse duximus, quod finis & bonum  
sint ἀντίστροφα. Nam ut bonum, quatenus adpetitum ter-  
minat, semper finis l) rationem habet: sic etiam finis  
bonum semper m) respicit, quatenus adpetitum ad ex-  
petendum movet.

l) Aristoteles libr.2.poster.c.11.t.12. m) Aristoteles libr.3.de animo.  
c.10.t.51. & lib.10.maiore Metaph.c.3.

XI.

Hoc fundamento supposito nemo hoc negare po-  
terit, quod omnes homines bonum expertant. Si bo-  
num ut manifestum est, finem quoq; exoptabunt. Iccir-  
cò rectissimè ex veterum sententia bonum id statuimus,  
quod omnia adpetunt & ταῦτα εφίεται.

Aristoteles lib.1.Ethic.Nicomach.c.1.& libr.1.Rhetoric.ad Theodect.c.6.  
& 7.& lib.1.Politic.c.1.

XII.

Netamen omnis finis ultimum esse bonum videa-  
tur,

tur, duplēm hīc finē statuimus: quorū alteri  $\tau\eta\zeta$   
 $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta\alpha\zeta$ , alteri  $\tau\zeta\epsilon\eta\zeta$  nōmen imponimus. Et hunc po-  
storiem, tanquam præstantiorem semper adpellamus  
bonum.

Lib.1.Ethic.Nic.c.1. & libr.1. Metaph.c.2.t.2. & lib.1.M.M.c.2. & lib.2.  
de animo c.4.t.37. & libr.2.Physic.c.2.t.24. hos finēs vocat Aristotēs.  
ibid.8. & 9.

### XIII.

Hīc quæstio oritur, an finis, quo de hīc agimus,  
unus idemque sit numero; an verò plures? Prius rejici-  
mus, & meritò. Cum enim plures sint actus, artes plures,  
plures itemque scientiæ, ex quæ diversæ: diversos etiam  
& plures finēs esse necesse est.

### XIV.

Ex his omnibus finibus unum aliquem hac in vita  
colligimus summum & ultimum: ad quem cæterarū m-  
actionum finēs referri debent: illi jam sint vel  $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta\alpha\zeta$  vel  
 $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta$ ; si coniungantur, summum bonum illud  $\zeta\eta\tau\zeta\mu\eta\zeta\eta\zeta$   
nobis tamen constituere possunt: quod propter n) se,  
cæteros autem omnes propter o) hunc expectamus fi-  
nem ultimum.

n) Aristoteles lib.8. Metaph.c.2.t.3. o) Arist.lib.1. Metaph.c.2.t.2.  
& lib.2.Ethic.Eudem.c.1.

### XV.

Et talem esse jam ex omnibus finibus ultimum  
 $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta\alpha\zeta$  quendam satis patet. Quæ enim hīc consequeretur ab-  
 $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta\alpha\zeta$  surditas; siquidem hoc negato infinitus noster appetitus  
 $\omega\zeta\epsilon\eta\zeta$   $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta\alpha\zeta$  constitueretur, qui nihil propter se, sed omnia propter  
 $\tau\eta\zeta\epsilon\eta\zeta\alpha\zeta$  aliud expeteret? quod eslet absurdissimum.

Arist.libr.α.minore Metaph.c.2.t.8.

### XVI.

Quia verò jam finis ultimus deprehenditur: profe-  
ctò qui-

Etò quilibet hoc adsequi poterit facillimè : quod magnā  
ejus cognitio ad nostrā sit vitam, opem allatura , si eum  
præceptis circumscriptum ob oculos habeamus fixum.  
Ut enim sagittarij & rectiūs & citiūs scopum præmedi-  
tantes & intuentes feriūt: ita & nos meliūs finem istum;  
sicum summa , qua fieri potest diligentia, præspeculati  
fuerimus,consequi poterimus.

XVII.

Verum hoc aliquis efflagitabit, ut & hīc determinē-  
mus, ad quam scientiam hunc finem explicandum re-  
ferre velimus. Hoc unicuique manifestum erit, finem  
vitæ nostræ esse p) præstantissimum; qui etiam omnia  
humana superet: accircò etiā ad præstantissimam q) sci-  
entiam referendus erit. Inter omnes autem huic arridet  
Politica: quam ut præstantissimam defendimus ratione  
triplici.

p) Ut monstratum est thesi 8. q) Aristot.lib.1 Eihic. Nicomach.c.2. &  
lib. 1. Magnor. M.c.1. & Piccol. in Philos. moral.gr 9. de summo bono  
cap 8. qui ibid. monstrat, quā etiam ratione ad Physicam: quā itidem ad  
Metaphysicam pertineat: ad illam ex libr 3. de animā patet; quod idem  
monstrat Averroës in libr 1. de animā comm. 2. Ad hanc monstrat nob.  
lib. 10. Ethic. Nic.c.8. & lib. u. Metaph.t.39.

XVIII.

Prima: quia politica cæteris artibus omnibus & sci-  
entijs quodammodo præst: & quatenus in civitatibus  
sint tolerandæ & excolendæ præscribit.

XIX.

Altera: quia omnes facultates, quæ summis adfici-  
untur honoribus, ei subsunt: qualis est Imperatoria:qua-  
lis est Oeconomica: qualis est etiā ars Oratoria, & his si-  
miles: quarum opera & ministerio in conservatione Rei-  
publicæ ipsa Politica utitur.

B

Postrema:

新編古今類要 卷之三十一  
XX.

Postrema: quia omnium aliarum fines artium ad  
unicum Politicæ referuntur: & ita omnes fines in uno  
Politicæ continentur.

## Questio- nies.

I.

Hinc pulcerimæ oriuntur quæstiones: annè idem  
sit unius hominis & totius civitatis finis, idemque bo-  
num, quoniam utrumque virtutum actionibus compa-  
retur & conservetur: an verò fines sint diversi, diversaque  
bona? Respondetur esse eundem finem: discriminem ta-  
men tale videtur, quod illud pressius, hoc verò latius sit  
& communiùs.

XXI.

II.

Deinde annè dignitate convniat utrumq; , an verò  
alterum superet alterum ? Respondemus : civitatis esse  
præstantius ; quia universalius. Deinde etiam præclarioris ;  
quia difficilius. Postremò etiam divinius ; quia majus est  
gentibus ac civitatibus tale bonum & conciliare & con-  
servare.

XXII.

III.  
ταὶ θέερ  
ταῖς πρά-  
ξεσι οὐ τὰ  
συμφέρον-  
τα, οὐ θέερ  
ἔστηκός  
ἐχει, ὡσπερ  
ἢ θέ τὰ ν-  
γκεινα.

Tertio & illud meritò quæri potest: an in hac doctri-  
na διποδεκτικῶς progredi possimus? nullo modo. Cum  
enim ὑποπτεύη οὐλη sit probabilis r) & variabilis, ipsa tra-  
statio etiam talis sit oportet. Nec hoc à nobis requiritur:  
ut in omnibus artibus eandem demonstrationis metho-  
dum adhibeamus. Sed hoc necessum videtur; ut unam-  
quamq; pro subiecta materia adplicemus.

Hanc verò materiam probabilem dicimus propterè: quod primum iusta & honesta, de quibus Politica

XXIV

considerat, tantam varietatem habeat: ut lege tantum  
non natura esse videatur. Deinde, quod & ipsa bona er-  
roris expertia minimè dicantur: cum & multis detri-  
menta adferant: & ad exitium perducant: quemadmo-  
dum Polydoro a) ob divicias accidit: Samsoni b) ob for-  
titudinem, aliis ob alia.

a) Virgil.lib.3.Aeneid. & Servius in explicatiōne loci eiusdem. b) & in  
lib.iudicūm c.16. & seqq. Ioseph. antiquitat. Iudaicar. c.10. & 11.

XXV.

Iccircò ut auditor hujus doctrinæ tanta mala aver-  
tere, nō inferre sibi ipsi possit, hæc tria ab eo requirimus.  
Ut primò demonstrationes & conclusiones novas hīc  
non s) postulet: sed probabilibus contentus esse velit.  
Deinde ne stupidus & rerum ignarus sit: sed ut hæc rectè  
præcepta legat, intelligat; rectè etiam de ijs judicet. Ter-  
tiò denique, ut eadem ad usum transferre discat: cum  
præsertim hīc non γρῶτις, sed t) περῆφις perpetuò spe-  
ctetur.

s) Aristoteles libr.1.Ethic. Nicomach.c.7. & lib.2.ibid.c.2. t) Aristot.  
lib.1.Magnorum M.c.1. & lib.α.minore Metaph.c.1.t.3. & libr.2.Ethic.  
Nic.c.2. & lib.10 ibid.c.9.

XXVI.

Quæritur ergò hīc non immeritò: an juvenis etiam *Quæstio*.  
rectè auditor hujus doctrinæ censeri possit: quoniam ea  
requisita servare difficulter possit; propterea quod desti-  
tuatur iudicio s) & experientia: mores ad virtutem diri-  
gere recusat; sed adfectibus t) rapiatur, ijsque subser-  
viat?

s) Arist libr.6.Ethic.Nic.c.8. t) Arist.libr.2.Rhet.ad Theodect. c.10. &  
c.12. & lib.3.Topic.c.2.l.25. & lib.7.Physic.c.3.t.20.

XXVII.

Breviter respondemus; eos reverā inutiles esse  
B ij audito-

auditores, qui hoc faciunt: inque eo faciendo perseverant; nec ad frugem bonam reduci possunt: Sive jam iuvenes sint u) moribus; sive aetate: sive viri: sive senes eos omnes ab hac doctrina excludimus.

u) Habet hanc iuvenum distinctionem. Aristoteles libr.1. Ethic.c.3. & lib.9. ibid.c.3. & ex Virgil. eam colligere etiam possumus; cum Ascanio animum curamq; adscribat virilem: tales iuvenes aetate optimè hanc doctrinam & audire & ad usum transferre possunt, &c.

### XXVIII.

Sed ad pleniorum Beatitudinis nostrae inquisitionem accedamus: in qua primò se se obfert ejus nomen. De nomine tamen nulla controversia est: cum & vulgus & erudit̄ Beatitudinem istud summum bonum dicant: idemque esse statuant εῦ ζῆν, νοήν εῦ πείθειν, νοήν εὐδαιμονεῖν: benē vivere, agere item benē, & felicem esse.

Arist.lib.1. Ethic. Nicomach.c.4. ibid.c.8. & lib.1. M. Moral.c.4. & lib.2. Ethic. Eudem.c.1.

### XXIX.

Quænam autem res sit Beatitudo, de eo non est parva controversia: quia neque vulgus, neque sapientes eam similiter declarant. Alij enim eam esse dicunt h) ηδονὴν voluptatem: alij ωλγην divitias: alij πηλων honorem: aliique etiam aliud: ut æger νοσήσας υγειαν sanitatem: doctrinam hujus ignarus; & sic in cæteris infiniti infinita.

h) Arist.lib.1. Ethic. Nicomach.c.4. & lib.5. Politic.c.10. & lib.1. Ethicorum Eudemior.c.1.

### XXX.

Sed omnes hominū opiniones ad calculos revocare hic non constituimus: potius eas recensebimus & refutabimus; quæ veluti insigniores, ita etiam compluribus rationibus niti videntur.

Iam

### XXXI.

Iam verò & illud moveri potest: incipiendum ne sit à notioribus nobis, & progrediendum ad notiora natu- rae, an verò contrà sit faciendum? Remotis ambagi- bus cum Aristotele respondemus, commodissimum hīc es- se, ut à nobis notioribus auspicemur, & ad notiora natu- rae progrediamur.

*Idem statuit Aristoteles libr. 1. Physic. c. 1. t. 2. & lib. 1. Metaph. c. 1. t. 1. & lib. 3. ibid. t. 10. & lib. 2. de animā t. 12.*

### XXXII.

Hanc propter causam auditor aliqua cognitione <sup>κατηρόμ</sup> præditus sit oportet: i) quam habere poterit ex bona e- <sup>λιαφέρει</sup> ducatione, consuetudine bona, bonis itemque moribus: <sup>τὸ δυτωση</sup> ut de rebus honestis & inhonestis judicare, hacque ratio- <sup>γτως ἐν-</sup> ne bonum à malo secernere possit. Hinc stultè quæstio- <sup>θὺς ἐν νέων</sup> nem τὰς δύο ποστούταις: <sup>ἐθίσεων;</sup> k) non postulabit: sed τὰς δύο contentus erit: <sup>ἄλλα πάσι</sup> quod ornatū ac morati, & proindè idonei ad hanc doctri- <sup>πολυ: μᾶλ</sup> nam ingenij indicium nobis erit. <sup>λορ διε τὸ</sup>

i) *Arist. lib. 2. Ethic. Nicomach. c. 1. in fin. k) Arist. lib. 1. Ethic. Nic. c. 4. παῖς.*  
*& ibid. c. 7. in fine..*

### XXXIII.

Sed his tandem omnibus relictis id persequendum nobis imponitur, unde digressi sumus: & opiniones ve- terum aut admittendæ aut refutandæ erunt. Ut tamen refutatio illa sit dilucidior, tria 1) hominum constitue- mus potissimum genera: juxta quæ opiniones istæ sunt examinandæ. In primo διπολασμοὶ voluptuosi & rustici constituuntur: πολιτικοὶ vel civiles in altero: in tertio θεωρη. 2) contemplativi considerentur.

1) *Aristoteles libr. 10. Ethic. Nicomach. cap. 6. & libr. 1. ibid. cap. 5. & Hesiodus libr. 1. τῷν ἔγωρ. & Aristotel. libr. 1. Ethic. Eudemiorum. c. 4.. & cap. 5..*

*XXXIV.*

Ac istos δυπλαυτικούς, homines certè stultissimos & ineptissimos introducimus: quod eam vitam amplectātur, quæ tota in perfruendis voluptatibus consumitur: cum talis vita ipsis bestijs etiam sit communis. Propterē recte mācipijs sunt simillimi, quod bellunam vitam cæteris omnibus, ut optimam, anteponant.

*XXXV.*

Quærat hīc aliquis, qua ratione tales in eam sententiam labantur: quod voluptatem summū bonum profiteantur? Causa quærentibus facillimè à nobis datur: quod plebei & rudes summum bonum ex magnatū vita aestiment, quæ voluptuosa est & suavis: ut in Sardanapalo m) Assyriorum Rege patet. Hinc & illi Beatitudinem adsecutam putant, si candem vitam adsequantur; inq; cā noctes & dies volvantur.

m) Sardanapalus homo vitiosissimus fucis faciem pinxit: & in Gynecæis omisâ imperij curâ obscenis voluptatibus deditus fuit. Pulcerrimè in Chronico Carionis lib. 2. p. 150. vita eius & mors proponitur.

*XXXVI.*

Sed quam stulta & inepta eorū sit opinio satis manifestū est: nosq; hīc non multū laborabimus, ut eos refutemus. Quis enim hominum saniorum hoc laudabit?

*Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.*

*XXXVII.*

Verūm ad alteram sententiam nos convertamus; quæ ut politior, ita politiores etiam authores eam excusatos fuisse videtur: qui ipsum honorem pro summo bono habuerunt. Sed quod & hæc absurdā sit, monstramus ratione triplici.

*XXXVIII.*

Nam primò summum bonum quomodo honor  
esse

esse potest; cum illud sit proprium bonum; hic nullo modo: quia ἐν τοῖς πρώτοι μάλλον, ἢ ἐν τῷ πρωτότονῳ inest potius in honorante, quam honorato.

Anft.lib.1.Ethic.Nic.c.5. & lib.1.Rhetorior.ad Theodect.c.5.

### XXXIX.

Altera ratio ex priori pendet: quod, cum honor non sit proprium bonum, iterum auferri facile possit. Probatio nobis sit quotidiana experientia; sub qua sæpissimè nobilissimos etiam hodiè in summo honore cernimus; cras in carcere, immò in cruce aut igne: quę omnia de vera Beatitudine adsfirmare audemus minimè.

Quam inconstans honor sit ex Caij Servilij exemplo discimus. Macrobius lib.2.Saturnal.c.2. & in sacris literis exemplum est Hamani, quod notandum, in lib. Esther.c.6.v.7.8.9.10.

### XL.

Postrema ratio inde sumi potest: Beatitudinem sc̄m; per propter se esse expetendam, nunquā propter aliud; quod de honore audacter negandum statuimus,

### XLI.

Sed divitiæ summum forsitan constituent bonum, quas sequuntur etiam viri politici in privatis negotijs occupati. Hi illud Horatij spectant Satyrā 3.libri 2.

Virtus, fama, decus, divina, humanaq; pulcris  
Divitijs parent; quas qui construxerit, ille  
Clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam rex.

ἀγαμήτιος  
της βιαύος  
τις ἐγείρει  
ο πλέγτος  
δῆλον, ὅτε  
ἢ τὸ γυνέ-  
μενον αγαθόν:  
καὶ γένεται  
μονογατή  
νοῦ ἀλλαχείνει.

### XLII.

Quamvis verò hæc opinio prioribus posset tolli rationibus; tamen refutatio ea, ut firmior sit & constantior duas adhuc rationes subj cimus. Quarum prima est: quod divitiæ nō violentæ sit, & latrocinium sapient: sumnum autem bonum actionibus virtutum compa-  
ratur,

ratur, o) & conservatur: quod universaliter de divitijs dicere nemo potest.

n) Aristoteles libr.1. Ethic. Nicomach.c.5. o) Aristoteles lib.9. Ethic. c.9 & lib.10.c.6. & libr.7. Politic.c.1. & ibid.c.3. & ibid.c.8. & 7. Ethic. Nicomach.c.13.

XLIII.

Multò minùs hoc de divitijs dici potest, quod propter se sint utiles: utilis autem sit hic finis propter se, nunquam propter aliud. Ergò nos qui virtutem colimus, ipsiusque actiones observamus,

*ex Horat. odā 24. lib.3.*

*in mare proximum  
Gemmae & lapides, aurum & inutile  
Summam materiam mali — — Mittimus.*

XLIV.

At tertium vitæ genus, quod θεωρητον adpellatur, politissimè de ipsa Beatitudine sentit: ejusq; rationes vindicentur probatissimæ; ut pote, quæ nudum virtutis habitum, seu idearum contemplationem nobis inculcarunt, & præscripserunt.

XLV.

Sed quod nullo modò habitus sive sola virtutis possessio verè bonum nostrum ζητέμενον constituatur; sed usus & actio p) requiratur, hinc patet: quod is, qui bono illo summo jam donatus est, actu semper sit beatus. Taliis autem iste virtutis nudæ possessor dici nequit: siquidē nihil agendo in maximas cadere possit calamitates: immò dormiendo hac ratione per totam vitam aliquis beatus dici posset, quod απόποι absurdum est.

p) Cicero libr.1. offic. Arist. libr.1. Ethic.c.8. & lib.9.c.9. ibid. & libr.10. ibid.c.4. & c.6. & c.9.

Plura

*XLVI.*

Plura de hac opinione proferre ματηόν πον supervacaneum: cum & multa in Encyclis de eâdem sint disputata potius id cognoscamus, θεωρίαν τῶν ιδεῶν idearum speculationem summum bonum non esse.

*XLVII.*

Verum enim verò quam ardua & difficilis nobis fuit nostra hæc sit disquisitio, is facilimè judicare poterit: qui bono ingenio prædictus, rectè de Præceptore sentendum statuit, à quo omnem doctrinam & disciplinam hausit & reservavit. Iccircò, quia & hæc sententia ab hominibus nobis amicissimis sit introducta, timidi eam aggredimur, timidique eam disputando persequimur.

*XLVIII.*

Quia tamen Philosopho pulcrius est & decentius, δόξαις αὐτῷ  
veritatem ipsam, quam amicitiam defendere: imò propria etiam decreta veritatis causa evertere: p̄ijssimum sa-  
nè est & honestissimum antiquorem habere veritatem,  
posteriorem amicitiam.

Pulcerimus locus est apud Scaligerum exercitatione contrà Card. 6.4.  
p. 29. & mire pudorem hunc ibid. Aristotelis divinum commendat.

*XLIX.*

Ante verò quām refutationem illam ad manus sumamus, fundamentum aliquod hīc supponamus; idq; ex eorū sententiā proponamus, qui authores ideæ, propugnatoresque extiterunt. Ideam itaque earum rerum communem Platonici esse nolebant; in quibus οὐχὶ περὶ τὸν ὕπερον esse diceretur. Hanc ob causam numerorum ideam q) negabant: quod in unitate prius, in subsequentibus numeris posterius occurreret.

q) Themistius libr. 1. de animâ cap. 23. & P. Martyr libr. 1. Comment.  
Ethic. c. 6. p. 151.

C

Hinc

L.

Hinc concludimus, in bono communem ideam dari non posse. Etenim bonum τὸ καῖσιν r) ἐπόμενον, & per omnia vagatur prædicamenta. Hoc igitur etiam puerō est notissimum: quod istud bonum in prædicamento substantiæ prius esse oporteat; cætera in cæteris posteriora: quia substantia prior est ipsis accidentibus; quorum basis s) & fulcrum illa est perpetuò.

r) Sic Aristoteles Transcendentia vocat libr. i. prior. cap 28. Sturmius libr. i. Part. Dialectic. cap. 3. s) Aristoteles libr. i. Physic. cap. 2. text. 14. & libr. i. de gener. & inter. cap. 3. text. ii. & libr. 3. Metaphysic. cap. 1 text. 3. & libr. 8. 8. ibidem cap. 1. text. i. & libr. v. 13. ibid. cap. primo.

LII.

Deindè si boni esset communis aliqua Idea, tunc omnia bona essent in eodem prædicamento: quia una idea unum genus requirit. Sed posterius adfirmare non possumus, cum ex prioribus constet, bona in eodem prædicamento esse non posse. Multò minùs igitur prius adfirmare, & communem boni ideam statuere audiēmus.

LII.

Tertiò & hoc in ideâ boni requireretur, ut una ejus statueretur scientia. Vnius enim rei una t) est tantum forma, unaque scientia. Scd hæc in ideâ boni dari nequit: quia mediocritas bonum aliquod est: & considerat eam, quæ in virtutibus est, Ethica scientia: Medicæam, quæ in cibo & potu spectatur: alia aliam His igitur concessis, concedatur illud etiam oportet, communem boni ideam esse non posse.

t) Aristoteles libr. 2. poster. Analytic. cap. 2.

Postre-

*LIII.*

Postremò tandem & hinc Platonicam sententiam esse falsam probamus. Nam quæcandem habent definitionem, illa etiam eadem sint oportet. Hoc dato, Plato tacet: quia ἀνθρώποις καὶ αὐτο-ἀνθρώποις u) easdem habemus definitiones: si eisdem definitiones, cur aliud quidpiam ideam constitueremus? annè hæc erit superflua & inutilis?

u) Sic Plato paſſim ideas rerum vocat, & rei Pronomen αὐτὸ adiicit potissimum de Republ. libr. 6. Petrus Martyr libr. 1. Ethic. commentar. cap. 6. p. 160.

*LIV.*

At objiciat aliquis: quod impossibile sit dare unam definitionem ἀνθρώποις καὶ αὐτο-ἀνθρώποις; siquidem ille mortalis & caducus, hic autem perpetuus sit & sempiterinus. Huic objectioni facile occurrimus. Nam tēporis aut diuturnitas aut brevitas nihil potest addere, nihil etiam definitionibus & naturis rerum demere: ut neque Matusalem magis definitione hominis fruitur, minùs Absolon.

Matusalem 969 annos vixit, Gen. cap. 5. v. 27. Absolon in medio etatis flore periret, lib. 2. Samuel. cap. 18. v. 14. & 15.

*LV.*

Multò verò probabilius Pythagoreorum placitum est, qui summum bonum non in re fictâ, sed in eo posuerunt, quod maximè unū est. Tale enim perfectū quoq; & firmum habetur: siquidem unitate res conservantur, pluralitate dissipantur. Quam ob causam Speusippus etiam priorem sententiam absurdam putavit, & hanc, veluti veriorem, comprobavit.

Facit hoc & quidem non parum ad excusandum Aristotelem, quod re-  
etè iam Platonem reprehenderit & refutaverit: præsertim cum à Pla-  
C ij tone

tone desciverit Speusippus nobilis non solum Philosophus, sed etiam in  
Academiâ Platonicâ successor, & cum eo sanguine coniunctus quia Pla-  
tonis ex sorore nepos fuit. Acciaiolus lib. 1. Ethic. c. 6. p. 37. n. 40. P. Mar-  
tyr lib. 1. Ethic. Comm. c. 6. p. 162. & 163.

LVI.

Atque rursum reprehendere nos posset quispiam;  
quod universaliter sententiam Platonis rejecerimus: cum  
tamen non de omniis boni universaliter, sed tantum de  
ideâ boni, quod per se dicitur, suam sententiam posue-  
rit. Huic Bambalioni respondemus acriter: sive jam po-  
nat Plato per se, sive communia, cum tamen recte refu-  
tatum esse.

LVII.

Si enim communia: veram dices nostram sententi-  
am. Si bona per se, sic etiam vera erit. Nam & bona per  
se hîc nos habemus; qualia sunt sapere, videre, & nonnul-  
læ voluptates. Hoc posito: quid opus est, ut primùm bos-  
na per se ab ideâ stultissimâ exoptemus & exspectemus..

Arist. lib. 1. Ethic. Nic. c. 6.

LVIII.

Quærere verò hîc non immeritò quis posset: si non  
esset aliqua communis idea, cur tamen omnia bono-  
rum genera in uno boni nomine conveniant? Respon-  
dendum breviter est, illud fieri propter analogiam, hoc  
est, rationem & similitudinem, qua id, quod bonum di-  
citur adfectum est ergà illud, cuius bonum esse dicitur.

De homonymis, ad quæ etiam analogia pertinet, hîc non agimus: qui vo-  
luerit ea, videat diversos Aristotelis locos, ut libr. 1. Ethic. Nicomach. c. 6.  
ibid. lib. 5. c. 1. & lib. 7. Metaph. c. 2. t. 2. & lib. 7. Physic. c. 4. t. 31. & pul-  
cerrimè hunc locum explicuit Praceptor noster D. D. Hauvenreuterus  
comment. Logicor, in anteprädicamentis c. 1. vide nostram Disp. Log. 3.

LIX.

Sed quid tam multis? etiam si talis aliqua boni idea  
daretur:

daretur: tamen hanc ad doctrinam non pertinet. Beati-  
tudo enim nostra consistit in a) actione humana: & ab  
hominibus debet comparari. Idea verò nunquam in a-  
ctiones nostras cadit: immò vix in cogitationes: & rectè  
hinc perpetuā eas putamus.

Arist.lib.1.poster.analytic.c.18.t.35. & lib.6.Topic.c.3. & lib.2.Physic.  
c.2.t.19 & libr.3.6.Metaph.c.8.t.28. & ibid.c.16.t.58. & libr.u.10.Metaph.c.2. & lib.1.Magnor.M.c.1. a) Cic.lib.1.offic.Aristot.libr.1.Ethic.  
Nic.c.8. & lib.9.ibid.c.9. & lib.10.ibid.c.4. & c.6. & c.9.

LX.

Verùm enimverò existimaverit fortasse quispiam,  
plurimùm valcre ideæ cognitionem ad ea bona , quæ  
possidere volumus: itemque ad illud bonum, quod in a-  
ctione versatur, comparandum. Ita namque Platonis vi-  
detur: nos habentes istud exemplar nobis propositum,  
faciliùs ea quoque, quæ nobis bona sunt, & cognituros  
& consequuturos.

*Arist.lib.1.Ethic.Nic.c.6.in fine.*

LXI

Hæc itaque quæstio etiam si probabilis videtur ; tam  
men neque ad scientias, neque ad arteis ideæ necessariò  
pertinere videntur. Quia primò ab omnibus artificibus  
prætermittuntur. Deinde artifices meliores non reddūt.  
Sic tandem singulare bonum nobis h̄ic cōsiderandum,  
non universale est : quemadmodum etiam Medicus non  
universalem morbi, aut sanitatis ideam, sed unius ho-  
minis morbum contemplatur & curat.

LXII.

Sed hæc de placitis istis Philosophorum dictitasse suf-  
ficiat: cum enim ἔκ ἀχεινού ἐν τῷ έκάστῳ τῷ b) διηπορηκέ-  
ναι meritò illa huc referenda sunt. Cumq; τῆς δόμος εἰας λú-  
σος c) ἐυρεσίς ἐν, rectius in tractatu nostro progredi jam  
poterimus,

C. *iij* b) Arist.

b) Arist. in lib. Categor. c. 7. de Relatis in fine. c) Arist. lib. 7. Ethic. Nic. c. 2. in fine. & lib. 8. Metaph. c. 1. t. 1.

LXIII.

Missis verò cæteris definitio Beatitudinis investiganda erit, quæ est vera ipsius rei d) explicatio & demonstratio. Hoc autem confessum antea est, esse finem in rebus humanis ultimū: & hūc Beatitudinē esse hīc probamus.

d) Arist. lib. 3. 6. Metaph. c. 5. t. 19. & libr. 6. Topic. c. 3. l. 13. & lib. 7. ibid. c. 2. & lib. 2. poster. c. 3. t. 2. & c. 7. ibid. t. 7. & lib. 2. de animo c. 2. t. 12.

LXIV.

Illius enim causa omnia e) omnes agunt: illiusque gratiā omnes f) omnia suscipiunt: quo concessō, Beatitudinem esse summum bonum ἔχατον & extremum quoque concedatur oportet: si ultimum, etiam perfectissimum τελεῖται & absolutissimum erit: quod semper καθ' αὐτὸν αἰρετὸν, & δέποτε δὲ άλλο.

e) Arist. lib. 1. Rhetor. ad Theodect. c. 6. & lib. 1. Ethic. Nic. c. 7. f) Arist. lib. 1. Ethic. Nic. c. 1. & lib. 7. Politic. c. 1.

LXV.

Seipso cōtentum Quodq; istud ultimum bonum sit perfectissimum ait Aristoteles non etiam hinc liquet. Nam illud bonum perfectissimum satis videtur, quod seipso contentum esse statuitur; & quod omnia bona in se g) complectitur. Si hoc est, nihil ei derivat: si hoc itidem, manifestissimum est, quod sit bonum perfectissimum.

Αὶ νὰ γονεῦσι, νὰ τένοις, νὰ γυναικίς: νὰ ὅλως g) Arist. lib. 1. Ethic. c. 7. & libr. 10. ibid. c. 6. & lib. 1. Rhetor. ad Theodect. c. 6. & libr. 7. Politic. c. 5. & lib. 2. Eudem. Ethic. c. 1. & libr. 1. Magnor. M. c. 3. Cit. libr. 5. Tusculan.

LXVI.

Ex his omnibus jam talem Beatitudinis descriptio-  
nēs φίλοις nem conficimus. Εὐδαιμονία εἰν αἱρότατον καὶ τελεῖται τῶν  
νὰ τοιει πρακτῶν αἰρέθον. Beatitudo est ultimum & perfectissimum  
τάξις. rcrum agendarum bonum.

Aristote-

Aristoteles libr. 1. Ethic. Nicomach c. 7. & lib. 10. Ethic.

LXVII.

Sed contrà ranas nos pugnare aliqui arbitrabuntur; cum hæc confessa & certa satis, quæ adhuc de Beatitudine allata sunt. Respondebimus postea. Ut tamen satisfiat omnibus, subtilius & enucleatius de Beatitudine jam differemus.

LXVIII.

Illud ut fiat commodius, genus investigandum erit: quod adsequemur, si opus, ac hominis munus proprium sumserimus. Hoc operationem & ἐνέργειαν, h) esse probabimus ratione dupli.

h) Arist. lib. 9. Nicomach. c. 9. & lib. 10. ibid. c. 6. & 7. & lib. 7. Polit. c. 3. & 8. & lib. 2. Eudem. c. 1.

LXIX.

Nam primò, si omnium artium & mechanicarum & liberalium aliqua est operatio, operatio etiam hominis, quæ hominis propria est, erit. Ut verò priùs negare stulti, sic insani etiam est profecto negare posterius.

LXX.

Deinde omnes homines fateantur necesse est; singularum hominis partiū singularem esse operationem: ut oculi videre, manus laborare, pedis cundo ferre; & quæ sunt reliquæ. Cur ergò hominis operationem aliquam certam & propriam non fateamur?

LXXI.

Positâ materiâ nimirum operatione, operationis formam ponemus: quam in tribus differentijs i) consistere, statim explicabimus. Non enim in vita consistit nudâ cum & hæc plantis k) sit communis. Neq; in sensu; cum hic æquè sit in l) bestijs; imò in aliquibus perfectior, quam in m) homine: sed in anima rationali, quæ

hominis

hominis *n*) propria est. Prima igitur differentia in effi-  
ciente causa consistit.

- i) Sic Porph. comparat Genus materiae differentiam formae c. 3. de diff.  
& c. 8. ibid. Arist. lib. 3. Metaph. c. 12. t. 43. k) Arist. libr. 2. de animo c. 2.  
t. 13. l) Arist. lib. 3. de animo c. 1. t. 13. m) Arist. lib. 2. de animo c. 9. t. 94.  
n) Arist. lib. 7. Politic. c. 13.

*LXXII.*

Altera in causa formalis. Nam Beatitudo non in qua-  
vis, sed in ea, quæ dicitur *o*) præstantissima, consistit acti-  
one. Ut enim Cytharædi boni actio differt à communis:  
itidem communis actio animi à præstantissimâ.

- o*) Arist. lib. 1. Magnorum M. c. 4. & lib. 9. Ethic. Nic. c. 9. & libr. 10. ibid  
c. 6. & 7. Politic. c. 3.

*LXXIII.*

Tertia in temporis circumstantia. Actio illa Beati  
non unum respicit diem aut alterum; sed *p*) perfectam  
vitam. Nam quemadmodum χελιδῶν ἔαρ & ποιητικά; & δέ  
μία ἡμέρα μακάριον: Hyrundo una ver non efficit, aut  
unus in hyeme dies calidus æstatem; sic neq; dies unus,  
Beatum.

- p*) Arist. lib. 1. Ethic. c. 7. & ibid. c. 9. & lib. 10. ibid. c. 7.

*LXXIV.*

Hæc omnia qui concedunt, concedent hanc etiam  
Beatitudinis essentialē definitionem. εὐδαιμονία ἐπιψυχῆς  
λογικῆς ἐνέργεια καθ' δρεπτὸν αρχήν καὶ τελειοπότιον στοιχείω.  
Beatitudo animi rationalis operatio est, secun-  
dum virtutem optimam & perfectissimam in vita per-  
fектâ.

- Aristotel. libr. 1. Ethic. cap. 7. & libr. 1. Magnorum M. cap. 4. & libr. 2.  
Eudem. cap. 1.

*LXXV.*

Sed hæc de Beatitudine confusa quadam sit dictum  
notio-

notione. Res enim adumbranda initio rudiis videtur, quod in prima praestitum est descriptione: deinde exactius proponenda, quod in essentiali vidimus definitione: postremo exquisitius edifferenda, quod jam faciemus in hujus definitionis resolutione, ejusque partium declaratione.

LXXVI.

Vt enim pictores boni primò lineamentis pingenda claudunt; postmodo lineamēta coloribus exprimunt pulcerrimis: tandem etiam ita ornant, ut omnibus figuram eam adspicientibus arrideat: idem nobis hīc fecisse placuit.

LXXVII.

Hinc facilius videtur cuiusvis etiam hominis esse ea, quæ primū benè descripta definitaq; sunt provehere, suisq; veluti membris & articulis distinguere, idq; progressu temporis fieri potest optimè. Ut enim una in die, aut anno uno, omnes artes & scientiæ non sunt inventæ & perfectæ, sed paulatim adauctæ: sic hīc omnia uno momento proponi nequeunt, sed tempus exspectandum, in quo quivis ea, quæ desunt, addere potest.

LXXVIII.

Addat tamen absque enucleatâ subtilitate, quæ hīc non q) requiritur, ut dictum antea est. Nam omnes scientiæ & artes eādem subtilitate non sunt perstringendæ: quemadmodum nec faber ita triangulum considerat, ut Geometra: sed hic subtilius & accuratiūs, ille rudiūs. Sic hoc loco τ& δ' ὅπλον r) quærendum non est, sed in τ& δ' ὅπλον consistendum; quod hujus artis veluti principium erit.

q) Arist.lib.1.Ethic.Nic.c.2. & ibid.c.7. & lib.2.ibid.c.2. r) Arist.etiam lib.1.Ethic.c.4.

D

Prins

LXXIX.

Principia autem percipiuntur vel ἐπαγωγῇ s) inductione: vel αἰδήσει: vel ἐθίσμῳ. ἐπαγωγὴ hīc non respici-  
mus, cum hæc in Mathematicis locum habeat; nec αἰ-  
δήσιν, cum hæc in Physicis spectetur: sed ἐθίσμον, cum hac  
in doctrinā t) adsuetudinē valet. Ista igitur principia cā-  
dem ne subtilitate erunt percipienda? Negamus: quia  
posteriūs rudiūs, alterum limatiūs, tertium principium  
est limatissimum.

s) Petrus Martyr lib. 1. Ethic. comment. c. 7. p. 197. & 198. Don. Acciaiol.  
ibid. p. 66. t) Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 1.

LXXX.

Principia igitur si benè sunt definita & inculcata, cæ-  
tera quæ subsequuntur faciliūs intelligi poterunt: quia  
τὰλεῖον δοκεῖ η τὸ ηρμον τῆς πάντος εἶναι η δέχη. Hoc ut fiat,  
principium antea positum declarabimus; & juxta veterum  
sententias illud examinabimus.

LXXXI.

Nam si ea, quæ ab alijs de Beatitudine sunt scripta &  
disputata cum nostro principio consentiunt, certum est

Arist. lib. 1. nostram definitionem etiam esse veram: quia semper τῷ  
prior. a- ἀληθεῖ πάντα σωάδει τὰ υπάρχοντα: τῷ δὲ ψευδεῖ πάχυ διαφω-  
nal. c. 32. νεῖ τὰλητός. Hinc pulcrè Seneca:

Veritas nunquam latet: Veritas odit moras.

LXXXII.

Quod itaque primò Beatitudinem τῆς ψυχῆς ἀνέργη-  
av defini verimus, ex veterum distinctione desumsimus.  
Illi enim tria bonorum genera habuerunt: externa, ani-  
mi, corporis: & ex his animi judicarunt præstantissima.  
Felicitatem igitur in animi bonis eos posuisse extrā ul-  
lam est controversiam.

Aristo-

Arist.lib.1.Ethic.Nic.c.8. & lib.1.Magnor.M.c.3.

LXXXIII.

Deinde & indè probamus: quod ἐνέργεια ipsius finis rationem habeant: Beatitudo autem ipsa sit finis. Sic ex externa & corporis ad animi feruntur bona; & veteres communiter statuunt finem hominis functiones & actiones quasdam esse.

LXXXIV.

Tertiò ex præcedentibus notum est: veteres idem putasse εὐπεράτερην, εὐζήνην καὶ ἐυδαιμονίην: quibus verbis operationem beatitudinem eos denotasse satis manifestum est: cum ἐυδαιμονία nihil aliud revera sit, quam εὐζωία, καὶ εὐπεράξια: illiusq; laus, ut & cæterarum rerum in actione ponatur.

Arist.lib.12.Metaph.c.3. & Cic.lib.1.offic. & lib.10.apud Arist. Ethic.  
Nicomach.c.4. & 6.

LXXXV.

Nihil iccirco est à veteribus prolatum; quod non nostræ definitioni insit: sive jam virtutem t) respiciant: sive u) prudentiam: sive x) sapientiam: sive a) voluptatem cum honestate conjunctam: sive externa bona.

t) Socrates in Gorgia; & Stoici. u) Bion. x) Bias Anaxagoras  
a) Callimachus, Dinomachus, Callipho. P. Martyr, in Ethic.comment.  
c.8.p.205. Acciaiolus ibid.p.75.

LXXXVI.

Quod verò nos virtutem ponamus, etiam lippis & tonforibus est vulgatum: illud discrimen habetur: quod nos ξενίσιν, illi κτήσιν; nos itemque ἐνέργειαν, illi ἔξιν posuerint.

Arist.lib.1.Ethic.Nic.c.5. & ibid.c.8.

D ij

At ubi

LXXXVII.

At ubi voluptates? Respondemus eas definitioni nostræ inesse; etiamsi verbo peculiari non exprimantur. Nam is vir bonus judicandus non est, qui non honestis gaudeat actionibus. Ergo in operationibus virtutum eas intelligas; quæ sunt jucundæ, bonæ, honestæ.

Arist.lib.7 Ethic. Nic.c.13. & lib.9 ibid.c.9

LXXXVIII.

Rursum alias inferat, nos externa bona in definitio-  
ne non posuisse. Negamus: quia cum actiones virtutum  
ponerentur, posita etiam externa bona sunt. Quomodo  
enim absq; fortunæ bonis Beatus operabitur secundùm  
virtutem exempli gratiâ, Liberalitatem, Magnificentiam?  
Posita tamen sunt ut organa, b) non ut essentiam Bea-  
titudinis constituentia.

b) Arist.lib.2. Magnorum M.c.8. & lib.7. Nicomachiorum c.13. & lib.1.  
Rhetor.ad Theodect.c.6. & lib.1. Politic.c.5.

LXXXIX.

His missis quæramus: an Beatitudo ab hominibus  
per doctrinam, consuetudinem & exercitationem com-  
paretur: an potius divinitus, aut etiam Fortuna adsit?

Sic Aristoteles post formam, quam nos h̄ic definitionem dicimus, tractat  
de efficiente causâ lib.2. Physic.c.3.t.29. idem h̄ic fecisse placet. & lib.2,  
post.c.11.t.11.

XC.

Breviter h̄ic secundùm causarum distinctionem re-  
spondemus: Deum esse Beatitudinis causam efficien-  
tem remotam; propinquam c) hominis industriam. Si  
enim etiam minimorum bonorū fautor & author est;  
cur non Beatitudinis quoque?

c) Aristoteles libr.1. Ethic. Nicomach. cap.13. & libr.1. Eudemiorum.  
capite primo.

Hac:

**XCI.**

Hac ratione omnia dona communia erunt divina dicata aliquis; & Beatitudo singillatim bonum diuinum datum non est dicendum. Reprime dentem mordacem quisquis es. Beatitudo enim etiam si ab hominibus comparetur, divina tamen dicenda est, & summè admiranda; propterea quod sit ipsius virtutis præmium: hoc divinum esse & summè admirandum nemo negabit.

Arist. lib. i. Nic. c. 9. & lib. 10. ibid. c. 7.

**XCII.**

Quæ cum ita sint, cur Fortunæ Beatitudinem adscribemus? Cernimus in rebus tam naturalibus quam artificialibus; quod ex causa optima, optimus quoque effetus producatur: iccirco & hinc præstantissimo & nobilissimo effectui præstantissimam & nobilissimam causam attribuamus, necesse est: talis Fortuna nunquam d) fuit; nec est; nec erit.

d) Sed causa solùm est accidentalis, ut discimus in lib. 2. Physic. c. 4. t. 39.  
& t. 52. & lib. n. 10. Metaph. c. 7.

**XCIII.**

A fine tandem civilis scientię nostram confirmamus sententiam. Si enim à Fortuna Beatitudo penderet, leges certè frustrè ferrentur; juxta quas homines instituti finem illum consequuntur. Legibus igitur datis Fortuna tollitur; cum illæ sint constantes, hæc inconstans, tissima.

**XCIV.**

Ex omnibus jam positis colligimus; verum Beatitudinis subjectum esse HOMINEM ratione instructum, ea que utentem. Non e) brutum: quia ratione caret. Nec puerum: quia f) ea nondum propter ætatem uti potest. Et licet propter spem & indolem præstantissimam felix

D. iij.

διεῖ γαρ  
 νὰς αρέσκεται  
 τελείως  
 νὰς βιστε-  
 λείως: utra-  
 que in pu-  
 ero νὸν est..

præ.

prædicari posset: propter varias tamen in vîta commuta-  
tiones, casusque varios impediri potest: quemadmodum  
Priamo accidisse legimus.

*Priamus rex fuit Troianorum: qui licet beatissimus videretur, & liberis  
& potentias tamen in senectute omnibus his bonis est spoliatus, ipseq; mi-  
serabiliter in regio throno trucidatus. P, Martyr in comment. Ethic.lib.1.  
c.9. sunt fabulosa.*

XCV.

**Ex his quæri licet: annè aliqui in hac vita sint beati pre-  
dicandi: an verò Solon spectandus: qui ante obitum bea-  
tum neminem dicendum esse adfirmabat?**

*Ovid.lib.3. Metamorph. & Arist.lib.1. Ethic.c.10. & lib.2. Eudem.cap.10.  
Plutarchus in vita Solonis, & Herodotus lib.1.*

XCVI.

Sententię Soloneq; ut quam rectissimè satisfaciamus,  
duplicem ejus interpretationē videamus. Prima: An bea-  
to extremum vitæ tempus sit spectandum? Et an beatus  
aliquis tūm, cùm excesserit è vita, sit prædicandus? Hanc  
explicationē definitio nostra tollit: quia quod secundūm  
virtutem agat mortuus, vivus nemo credet.

XCVII.

**Aut talis erit explicatio: tūm demūm aliquem reverā  
Beatum esse, si feliciter sit mortnus. Ratio: quod Fortu-  
næ casus ipsum lādere, & malæ res ipsum adfligere ne-  
queant, cum mors sit rerum linea ultima.**

*Arist.lib.3. Ethic. Nic.c.6. & in lib. de iuventute & senectute c.2.*

XCVIII.

Sed quod & hæc ratio in controversiâ posita sit, tripli-  
ci monstramus ēv̄z̄t̄. Nam quemadmodum absenti &  
dormienti possunt mala accidere, etiam si ea non sentiat:  
sic mortuo honores & ignominiae respectu posterorum  
& liberorum, licet ad eam non perveniant: nec eum at-  
tingant.

Ex

**XCIX.**

Ex his verò magna jam oritur dubitatio. Si enim ad mortuos res posterorum pertinent, reddent mortuum felicem, si posteri felices; itemque miserum, si posteri miseri; quod est absurdum. Absurdum & illud, si negare voluerimus, mortuos à posterorum rebus planè esse solutos. Quò nunc? postea respondebimus.

*C.*

Sit igitur altera contra Solonem hæc *ένσεσις*. Nihil enim de subiecto aliquo in præterito adfirmare poterit Solon, quod in præsenti tempore de eodem adfirmare nunquam potuit. Si igitur nullum hīc subiectum felix prædicat, quomodo post mortem prædicabit?

*CI.*

Tertiò ex suâ sententiâ Solon in manus Fortunæ collocabit Beatitudinem; siquidem hæc una ipsam prohibere potest: ergò etiam efficere poterit. Immò Chamæleontem habebit Beatum aut polypum: quorum utrumque est absurdissimum.

*Chamæleontem, eiusq; proprietates describit Plinius libr. 8. c. 33. & Petrus Martyr in commentar. Ethic. lib. 1. c. 10. p. 243. & 244.*

*CII.*

Ergò prior quæstionis pars adsumenda est: quam ut omnes suscipiant, duabus eam adhuc stabilierimus rationibus. Nam de viris bonis in hac vita adfirmari potest absoluta Beatitudinis causa, nempe actiones secundùm g) virtutem; igitur etiam effectus, ipsa Beatitudo: aliás frustrà Philosophus: Positâ absolute causâ, ponitur h) effectus.

*g) Arist. lib. 10. Ethic. c. 8. Cic. lib. 1. de naturâ Deorum, h) Arist. libr. 2. posteriorum analytic. c. 17. t. 25.*

*At.*

CIII.

περὶ ὁδῶν  
γαρ οὐτως  
ἴσπαρχει  
τῶν μονιμῶν τερπας i) δοκῶν εἶναι. & hinc Beati recte τετερά-  
τον αὐτονομονοματερας k) dicuntur.

θρωπίνων  
βεβαιότης:  
ις περιτάσ-  
ινεργειας  
ναθ' αφε-  
τήν, &c.

i) Arist.lib.1.Ethic.Nic.c 10. & lib.2.c.6.ibid. & lib.8.ibid.c.3. k) Cice-  
ro lib.2.de finib. & 5.Tusculan.

CIV.

At si Fortunæ Beatus ictum sentiat, quod fieri posset: quomodo tum Beatus sese geret? Si ictus ille nullius momenti fuerit, Beatum non attinget, aut leviter perstringet: si creber & magnus; obscurabit Beatitudinem non removebit. Ut enim Fortunæ bonis ipsa non constituitur; sic neq; iisdem tollitur.

CV.

Ita etiam MAGNIMUM beatus sese præstabit, qui Generoso & magno εὐχυμόνως Fortunæ impetum ferre possit animo.

CVI.

Consecta-  
ria. Ex his omnibus hoc colligitur: hac in vita Beatos homines esse posse, etiam contrà Solonis voluntatem & sententiam,

II.

Itidem hoc: etiam si viro bono accidunt calamitates & adversitates; miserum tamen propterea nō effici: cum variabilis non sit, sed τετεράγωνο.

CVII.

III. Tertiò virum bonum semper manere εὐδαιμονα, non semper μακάριον.

CIX.

Ergo nos eum Beatū dicemus τὸν οὐαθ' δέσποιντον τελεῖον ἀνθρώπον, καὶ τοῖς ἄντρος ἀγαθοῖς ικανῶς κεχρούμενον, μὴ τὸν τυχόντας

χόντα γεόνον; ἀλλὰ τέλεον Βίον: & propter Solonem: καὶ βιώσαμενον στῶ, καὶ τελευτήσοντα κατὰ λόγον.

CX.

Ad præcedentem verò dubitationem etiam ex præcedenti distinctione respondemus. Adversitates si magnæ & creberrimæ fuerint, ut vivos graviter adficiunt, sic mortuos leviter perstringunt: parvæ verò ut vivos leviter perstringunt; sic mortuos non attingunt.

CXI.

Quæri tamen etiam hic posset, quale bonum ipsa sit Beatitudo, an ὁδεπον, an ἐπαινετὴ, an verò πίμον? Respondemus πίμον: quia Beatitudo bonum per se honore dignum est, & ad aliud non refertur: sed finem in seipso habet, cuiusmodi etiam sunt divina bona, ut Deus, mens, animus.

CXII.

Deinde quia hoc bonum est principium & causa aliorum bonorum omnium. Cumque Deo tribuatur & divinus adpelletur: cur nō & Beatitudini? præsertim cum ad Beatitudinem referantur bona reliqua omnia. Ergo concludimus, Beatitudinem ut bonum honorabile.

Hæc de Beatitudine activâ hic dixisse sufficient: post-hac de contemplativa, ut præstantiori & digniori agendum nobis erit, expositis virtutibus & cæteris ad illas pertinentibus.

C O R O L L A R I A.

I.

Vtrum amicis etiam Beatus opus habeat ἔοικε δὲ αὐτῷ, τὸ πάντα διποέμοντας τάχαζε τῷ εὐδαιμόνῳ, φίλος μὴ διδόνατο, οὐ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀρρεθῆνεναι μέγιστον.

E

Aristote-

Aristoteles libr. 9. Ethicor. Nicomach. cap. 9. & libr. 2. Magnorum M.  
cap. 25. Adfirmamus.

II.

An aliqui absque Philosophia possint esse beatissimi?  
μάλιστα γδ̄ έτοι (ευδαιμονέστεροι) δέσουνται Φιλοσόφοις, καὶ οὐ-  
Φροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ὅσῳ μᾶλλον χολάζοσιν ἐν ἀφενίοις.  
τῶν τοιχτῶν ἀγαθῶν.

Arist. lib. 7. Politic. c. 15. & libr. 10. Ethic. Nic. c. 8. Pulcrè Scaliger subtilis-  
simus contrà C. exerc. 250 f. 5. p. 774. Negamus.

III.

An Metaphysica, quæ de summo bono, Deo nimi-  
rūm agit, sit scientia omnium præstantissima? Libones  
aliqui negant: nos contrà cum Philosopho, δέχικωπέτη  
δὲ τῶν Θπισημῶν, καὶ μᾶλλον δέχικὴ τῆς ὑπηρετήσος, ηγνωμένοις  
τίναις εἰνεκέν εστι πεικτέον ἔκαστον. τοῦτο δέ εστι τὸ ἀγαθὸν ἐνάπειρον.  
δὲ τὸ ἄρετον ἐν τῇ Φύσει πάσῃ.

Arist. lib. α. maiore Metaph. c. 2. Scaliger rationem reddit cur titillatores:  
isti Metaphysicam reijciant contrà C. exerc. 254. p. 787.



ADAMVS GOSLAVVSKI  
à Kraffovv.

AD PETRVM BORKOVVIVM  
NOBILEM JUVENEM.

ΣΩΦροσύνης λοιδησ ὅσις παρὰ πέριν ἐπείη  
Ελπίζει τ' ιδίας καρπολογεῖν παμάτες  
Δεῖ τοῖς καλλίστας μελέτας Διατείβερεν ὁρθῶς.  
Ευθύμως ἀγαθησ μανδάνειν τ' δέστη.

TIPPE

Tίπε δέ τοι δέρετης ἀτερ ἐσὸν τέχναις ἄποστος;  
Οὐκ ἀργεῖ ἐθλὰ, ἀτερ πολλὰ φέρεσθαι ναπά.  
Καὶ τάστης πεωθῆς κειναις βέλπεται εφῆβων  
Εστεμένει εὐδαιμόνι, οὐκ πολὺ, πέτρε σοφός.

### AD EVNDEM.

**V**t qui cornipedi spumantia frena caballo  
Indit & hunc domat, est magno & equis minor.  
Quam generosus eques, qui Martia castra secutus  
Palmam vectus equo, victor ab hoste refert.  
Et veluti gladijs, tormentis milite fortis  
Gratior armipotens induperator erit.  
Horrida qui superat victrici prælia Marte,  
Quippe suo est medium, fine scopoq; minus.  
Sic quoq; quæ vitam concernunt ritè beatam  
Virtutum integro sunt potiora choro,  
Scilicet hūc omnes, conferto hūc agmine tendunt.  
Hanc pete, nec virtus ulla deesse potest.  
Ergo tibi nostræ gratantur jure Camænæ.  
Borkovigentis pars generosa tuæ.  
Quod generi excuso, ut majorum laudibus addis  
Virtutem hoc ingens, non sine laude decus.  
Perge ita perge animis generosa stirpe creatis  
Iungier & rectam, querere ad astraviam:  
Hanc chirone potes quidvis præeundi fideli,  
Corporibus junctis acrior, acer erit.  
Palladio ablato propè celsæ mænia Trojæ  
AEacidis docet, hoc δύο πορευομένοις.  
Sic igitur vitam virtute tuere beatam,  
Ut tibi sit vita, lausq; decusq; tuæ.

Vrbanus Lubecius.

AD

A D E V N D E M.

**Q**uantum producant, naturæ semina fructum  
In sita pectoribus, qui excolit arte, probat  
Ex quorum numero, Phœbe & lampadis instar  
Borkovi splendes, inclyte, docte, pie:  
Linquens nam patriam, Musarum tendis ad arcem  
Formes ut mentem, per poliasq; tuam  
Ornas at verè, dum quid sit vita beata  
Inquiris, ponis, cùm gravitate probas.  
Thespiades rident; latatur lucida Phœbe  
Gaudendo auricomus, surgit Apollo tibi  
Ergò age, perpetuò longè lateq; coruscet  
Romuleâ hac schemâ, nobile nomen, honos.

David Kilger ad Istrum Palatinus  
Argentorati.

F I N I S.

GA





Kon





# Farkarte #13

B.I.G.  
Inches  
Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

ETHICA.

T V D I.  
EX LIBRO  
ACHIORUM  
sumta.

25964.

NUMINE  
ssimi Collegij Phi-  
lantoratensium

PIO  
KFVSI SVL  
LESII.

undum proposuit

O VV S K I  
Polonus.

D. XCVI.

A T I  
emix Typographi.

